e-codices

cum adjectivo postposito construitur ut plurimum in eodem numero et casu; prout patet ex præsenti hoc exemplo; կեանք յաւիտենական Vita æterna, subintellige in phrasi armenica erit, scilicet justis illis. Intelligitur verò per vitam æternam, Perfecta completaque anima, corporisque felicitas, quæ est summum bonum, finisque ultimus, quem eò quod in vera Ecclesia simus, acquirimus. Ita Cath: Arm: de declarat: 12 Fidei articuli.

մեղաւորացէ: Est dativus pluralis numeri à nomine substantivo մեղաւոր Peccator, cum signo demonstrativo է in fine annexo. ut v.g. Peccatoribus illis: accentus, qui Litteræ է impositus gravis est, illique proprius.

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. 116 – Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/de/csg/1513/116)